

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 06 : De Pane

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[48\] : De Pane](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 06 : De Pane](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 07 : De Pan](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 06 : De Pan](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - V, 06 : De Pane, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5959>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 451-461

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Pan](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Terre domum, valet hic vitare incommoda cuncta.

Sola enim sapientia rebus omnibus dominatur, quæ neque vllas cœli mutationes, neque fortunæ minas pertinuit. Hunc, quoniam Deorum nuntium putarunt, non solum pro orationis vbertate, aut pro sapientia, quæ voluntatem Deorum indicaret, acceperunt, sed pro illa diuina vi, quæ diuinitus in mentes hominum infunditur, quæque res humanas omnes minificè in suo ordine componit, & conseruat. Hanc, vbi somnia in mentes hominum infundere opinabantur, Mercurium somniis præesse dixerunt: vbi rerum nascèntium ac morientium vicissitudines intuebantur, idque non sine Deorum voluntate fieri putarent, voluntatem illam ac vim diuinam, quæ ad ortum res perduceret, aut humandas, siue ad inferos deduceret, vocarunt Mercurium, ita vt modò sit ratio animæ nostræ, modò ratio & sapientia diuinæ voluntatis, vnde anima nostra defluxit, Mercurius appellatus. Hæc autem illi fuerunt tributa, quòd primus mundum à Deo creatum, & nō sine diuina providentia gubernari hanc tantam diuersarum rerum mirabilitatem posse conspexisset: omniumque Deorum cultum inter mortales insutuiisset, vidissetq̃, sine Deorum nuntio nullum fieri posse ortum aut interitum. His igitur de causis, quia rerum diuinarum cognitionem ad nos detulisset, Deorum nuntius creditus est. Quòd rationem ortus & interitus diuinitus fieri docuisset, dicitur cum Plutone & cum Ioue collocutus fuisse, earumq̃ legum arcana hominibus explicasse: quare animabus mortuorum illum ducem arbitrati sunt, cum alias ad inferos, alias in corpora reduceret, ac de Mercurio satis, nunc de Pane dicamus.

De Pane. CAP. VI.

PAN verò, quem pastorum, venatorumque Deum, & vniuersæ vitæ rusticanæ præsidem crediderunt antiqui, cuius filius fuerit, non satis constat: quippe cum varius eius ortus à diuersis scriptoribus tradatur. scriptum reliquit Homerus in hymnis Pana fuisse Mercurij filium, & bicornem, & capripodem in his:

*ἀμφὶ μὲν ἢ ῥυμῖνο φίλον γένει ἔνι πνίμῳ,
αἰζοπόδῳ, σκίεσσιν, φίλῳ ποτν.*

Dicite Mercurij mihi prolem, dicite Musa.

F 1

Capripedem, cantum & amicum, deinde bicornem.

Duris autem Samius in eo libro quem scripsit de Agathocle, Penelopen cum omnibus procis rem habuisse scripsit, è quorum congressu Pana inquit natum fuisse. Epimenides verò poeta Pana & Arcadem geminos è congressu Iouis & Callistus natos fuisse sentit: cum tamen Aristippus Pana è Ioue & Nympha Oëncide procreatum fuisse maluerit. Alij Penelopes & Vlyssis filium putant, alij ex Æthere siue Nereide natum inquirunt. Achæus poeta è Cælo & Terra, nec defuerunt qui Iouis & Hybreos siue Imiæ, ut testatur Isacius. Pro-napis poeta in suo protocofino natum fuisse Pana cum tribus sororibus Parcis è Demogorgone scribit. Herodotus in Euterpe Penelopes & Mercurij filium fuisse scripsit, ut est in his: *παῖς δὲ τῷ Ἰκκῷ καὶ Ἀντιόχῳ. καὶ ταύτης γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὁ παῖς ὁ Πανὶς ὁ Πηνελόπιδος παῖς. Πανὶς γὰρ Πηνελόπιδος παῖς. Ex hac enim & Mercurie Pan natus esse dicitur à Græcis.* Qui Penelopes & Mercurij filium tradiderunt, illi Penelopen in Taygeto monte armenta patris Icarij custodientem à Mercurio conspectam & amatam fuisse inquirunt, qua cum alio modo se nō potiri posse speraret, in hircum pulcherrimum vertitur, cuius illa capta vel amore vel fallacijs, ut diuersi senserunt, cum illo congressa Pana peperit, capite cornuto, barbaque ac pedibus hircinis, ut ait Homerus in hymnis. Hunc memoriz prodidit Pausanias in Arcadicis à Nymphis susceptum & educatum, & à Sinoe nymphea præcipue, quippe cum vel adultus cum illis assidue versari fingatur, ut est in hymno Homeri:

ὄντ' ἀνὰ πέτραις

Ἀνδρῶν τ' ἄνδρ' ἀνὰ πέτραις ποταμῶν καὶ χερσῶν νύμφαι.

Cum placidi Nymphis sylvis versatur in alvis.

Atque in his Platonis carminibus dicuntur Nymphae fistulae Panos delectatae circa illum tripudiare, Hydriades scilicet siue aquaticæ, & Hamadryades:

οἱ γὰρ τὰ λατρίον ἀνὰ δρυὶν ἀνέστη, οἳ τ' ἀπὸ πέτραις

κρυφαί, καὶ βλάχ' ἀπελυμγῆς τεκέειν

αὐτοὶ ἐπεὶ σφίσι μαλίσθ' ἐταί βικαλάδῳ πάν,

ὕγρ' ἐν ἰσθμῶν χυλῶν ὑπὲρ καλὰ μιν

αἱ δὲ πύριξ θαλασσοῖσι χερσὶν ποσὶν ἐσθ' ἄστο

τ' ἀνὰ δρυὶν νύμφαι, νύμφαι καὶ μαδρυάδες.

Conticeant Dryadum colles, fontesq; perennes,

Ipsa-

*Ipsaque conticeant pignora parna gregum:
Fistula dulce canit quia Panos, labra canoris
Humida & illum addita sunt calamis.*

*Hunc circa statueret chorum molli pede Nymphe
Hydriades, pariter Nymphe & Hamadryades.*

Hunc igitur Nympharum ducem vocarunt antiqui, ut apparet ex his carminibus Anytae:

κρητοβάτην, δεικρὸν, νυμφῶν ἡγήπερ πᾶν
ἀζόωον, ὅς περ τεύχοντο δὲ κίχθου γένος.

*Mentem agni calidum corumque Pana, ducemque
Nympharum: cuius saxa struthia domus.*

Hunc Deam pingebant & sculpebant facie caprina, hirci que cruribus, quamvis illum non esse huiusmodi censerent, ut ait Herod. in Euterpe: γράφει δὲ ἡ καὶ γλύφουσιν οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀρχαῖοι τοῖς τῷ παιδὸς καὶ ἀπὸ τῆς ἑλπίδος τῶν αἰώνων, αἰζονόωον καὶ τρεφονόωον, ἔτι τοῦτον νομίζουσιν εἶναι μιν, ἀλλ' ὅμοιον τοῖς ἀμασιδαῖσι. pingunt & sculpsunt picturæ ac statuarij, sicuti etiam Græci, Panos imaginem, caprina facie ac hirci cruribus: non quia illum huiusmodi esse arbitrentur, sed similem Diis ceteris. Lucianus in dialogo Pan. & Merc. illi etiam hirci caudam super natibus iniunxit præter hirci nasum & barbam. fama est hunc etiam fuisse Deorum nuntium, tanquam patrem, & greges pascisse, cum amore Dryopis incaluisse, ut est apud Homerum in eo hymno

εἰς δ' ἑρμῆα ἱριύνοντι ἔρχαν ἄλλων
ἰνέον, ὃς ὅγ' ἄπεισι θεοῖς θεὸς ἄγγελος ἔσσι.

καὶ ῥ' ὅγ' ἐς Ἀργεῖαν πολυπλόκηρον ἱερὰ μήλων
ἔβησ' ἔπειτα δὲ οἱ τίμωρος κυκλώων ἔστιν,
ἡ δ' ὅγ' ἐπὶ θεοῖς ὄψι, φαφαρότριχα μῆλ' ἐνὸς μεθυσ
ἀνδρὶ παρὰ θνητῶν, δάλι γὰρ πῶτος ὕγρὸς ἱππῶων
νύμφη ἱππῶων, μὲν ἀρίστων φιλότατι μετ' ἡμῶν.

*Mercurius veluti superorum nuntius ante
Esse ferebatur, sic nuntius iste Deorum est.*

*Arcadiamq, ouium petiit terram iste feracem,
Est sibi sacratum nemus, & Cyllenius hic mons:*

*Hic Deus existens ouium sit pastor, & idem
Mortali servit Dryopi calefactus amore.*

Hunc altera manu fistulam, altera baculum incurvum gestare solitum dixit Lucianus in Baccho: cui pinus inter arbores fuit

consecrata. At Theocritus non vnum, sed plures Panes videtur putasse, cum scribat in Amaryllide:

τέτοι γίνετ' ἢ πατυρίσκει
ἰζηύδου, ἢ πάνιασι χαλκίαμοισιν ἰγίσι δέ.

Et simili genere oritur

Vel Satyrus, Vel crura retarum Panibus ipse.

Existimantur antiqui Pana montium esse præsidem, omniaque armenta & greges, qui in montibus vagarentur, in huius esse tutela: quippe cum is ab Arcadibus fuisset in Manalo monte educatus, quod verò montibus præset, ita testatur Homerus in hymno:

ὅς πάντα λάφονυφύοντα λίλογχῆ,
καὶ κορυφὰς ὄρειων, καὶ πετρήοντα κάρηνα.
*Ille nimis iuga est fortitius, summaque montis
Culmina: saxosus colles custodit & idem.*

Ea de causa Virgilius in primo Georg. Pana custodem ovium, & pastorum præsidem appellavit in his:

*Ipse nemus linquens patrum, saltusq; Lycæ
Pan ovium custos, sua si tibi Manala cura. & inde
Fortunatus & ille, Deos qui nonit agrestes,
Panaque, Sylvanumque senem, Nymphasq; sorores.*

Quem posse gregis vbera implere existimant, humi fistulam inflaret, ut scripsit Ibycus in his:

ὦ πᾶν φερβομένης ἱερᾶν φάτιν ἄπει πείματα,
κυρτόν ὀπιρ χρυσίων χῆλος ἰὸς δδίακωτ'
ὅφρ' αἰμὴν Ἀδωνεῖς βιβριθότα δῶρα γάλακτος
ἔκασιν ἐκ λυμίνην πυκνὰ φέρωσι δέμον'
σοὶ δὲ καλῶς βωμοῖσι παριτάμθεος πέσιν αἰγῶν
φείοντο λαοὶ ἐς ἡέτοι αἰμ' ἰούνη.

*O Pan pascendus gregibus custodia fida,
Ut labra aurati addita sunt calamis:*

*Fistula dulces sonet, nixes quò munere lactis
Ad Chymeni portent vbera plena casus.*

*Vir tibi caprarum struclam mox stabit ad aram,
Villosoque cruor defluet e iugula.*

Fuit etiam venatorum Deus, quem maximè Arcades coluerunt: qui si fauisse putaretur venatoribus, ab illis colebatur à venatione reuerfis: at si frustra laborassent, scillas in illum coniciebant, ut testatur in his Theocritus in Thalyfia:

καὶ μὴ τὰυτ' ἔρδῃσι ὡς πᾶσι φίλα, μὴ τὸ τὰ παῖδες
 Ἀρκάδιοι σκιδνασιν ὑπὸ πλάγῃ, ῥάε τι καὶ ἡμῶς
 παρὲς μαρτίῃς ὁμοῖον, ὅτε κρείττονες παρ' ἡμῖν.

Illud si facies, scillarum verberare crebro

Mox laurus et humeros non percutiere reuerſis

Arcadicis, cum patria caro est venantibus illis.

Atque Ouid. in epist. Phædræ vnâ cum Diana Panes & Satyros
 venantium ita præfides facit:

Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit,

Sylvæque perdendus præbeat alta feras.

Sic faneant Satyri, montanaque numina Panes,

Et cadat aduersa cuspide fessum aper.

Fabulantur Dionysium Iouis filium natum ex Arge nympha
 ex Lycto vîbe Crætae rapta & in Argillum montem deportata
 Pana cum Satyris sibi delegisse in militiam, atque cum subie-
 cisset Indiam Pan, & mox Iberiam prius vocatam à flumine,
 de suo nomine regionem appellauisse Hispaniam. Sed quid
 venatorum Deum fuisse dicimus? ipsemet Pan fuit venator, ut
 ait Theocritus in Thyrside:

τὸν πᾶσι θεοῖσιν καὶ ἡ γὰρ ἀπ' ἀγρῶς

παρὲς κερμανδὸς ἀμπύνας ἵντι καὶ πικρὸς.

nam Pana timeamus.

Venatu si rediit defessus sit graui ille.

Memorie prodidit Isacius Pana Deum Echo adamasse, quare
 cum maritum Echus appellauit Thextetus in his carminibus:

ἑλὰρ δ' ἄρα, φίλῳ δ' οὐδέ ποτ', ὁρίσασθαι πόσις ἢ χῆς,

πῶς ἐκαστος, δὲ κατὰ μῆλοφύλαξ ἀγέλας.

Montinagus, custos omnium, cornutus, et Echus

Coniux, cuncta videntis, laurus et arboribus.

Quam amicam nominauit Archias in his carminibus:

ἢ χῆς πινυρήσας ἑρπετὶ φίλα, παρὸς ἑταίρῳ,

ἀντίτῳ φρεσὶν ἰαπαλιν ἀρεταῖσιν.

Echo saxosam cernit, qua Panos amica est;

Ingeminat capros protinus illa sonos.

Ex illa filiam Iryngem suscepisse dicitur, quæ Medæ dedit
 medicamina ad capiendum Iasonem. Hic idem amauit post-
 ea Syringa Nymphiam, quæ in palustres calamos fuit conuer-
 sa, ut ait Ouid. in 1. Metamorphi.

Panaque, cum pressam sibi iam Syringa putaret,

Corpore pro Nympha calamos tenuisse palustres.

Mox calamis à vento agitat, sonumque facientibus syringis fistulam ex iis fecit, ut ait Ouid. Memorant hunc ad montes vocatos Nomios, qui non procul absunt à Lycosura vrbe, fistulæ modos inuenisse, ubi Molpea fuit vicus, & templum Panos Nomij. Fuit etiam à Luna amatus, cum in niueum arietem pulcherrimum se conuertisset, quod testatur Virgilius in 3. Georg.

Munere sic niueo lactu (si credere dignum est)

Pan Deum Arcadia captam te Luna fefellit.

Fama est hunc cum Cupidine aliquando fuisse colluctatum, & victum, quare sit coactus Syringam nympham amare. Dicunt præterea Cererem iratam Neptuno, de quo, ut quidam voluerunt, equum, ut verò alij, Heram peperit ab Arcadibus vocatam, indicatam Ioui à Pane fuisse. Nam cum Ceres ea quæ de raptu Proserpinæ contigerunt, audiisset, aiunt ipsam Cererem se in specum abdidiisse ibi in Arcadia sumpris vestibus lugubribus, ac lucem vitasse: quare accidebat ut omnes terræ fructus interirent, ac pestis homines passim conficeret, cum Dij omnes ad Cererem querendam missi fuissent. Pana inter venandum ferunt ad Elatium Cererem vidisse ac Ioui indicasse, quam per Parcas Iupiter placuit, ut testatur Pausanias in Arcadicis. multæ res gestæ Panos commemorantur, nam & timorem Gallis Græcorum hostibus per noctem immisisse dicitur, cum Græciam Brenno duce inuaserunt, quo illi in fugam sunt versi: & Atheniensibus in bello nauali opem tulit, & Medos profligauit, ut testatur Simonides in his carminibus:

τὸν τραγέπην ἰμὶ πάντα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ μέδων,
τὸν μὲν Ἀθηναίων, σήπειτο Μιλτιάδης.

Arcada, capripedem, in Medos Pana locauit

Me pro Cecropin gloria Miltiadi.

Hic etiam Typhonem dicitur retibus implicuisse. Coluerunt Pana piscatores etiam cum in locis mari propinquis plenumque versaretur, quem etiam ἀλιπλαγκτὴν siue per mare vagantem Sophocles in Aiace appellauit. Colebatur in promontoriis præcipuè, quæ mari alluebantur. Offerebatur huic Deo lac & mel in pastorum poculis, quod significauit Theocritus ita in Viatoribus:

παῶ γ' ὀκτὼ μὲν γαυλὰς τῷ παρὶ γάλακτι,

ὀκτὼ

ἔκτῳ δ' ἀσκερίδῳτ μάλιστα πλὴν κρητὶ ἰχρίσκει.

Pani esse statmam spiritum autem pocula lactis,

Totq; scyphos, cum melle feros ceramq; tenentes.

Quare non ritè sacrificabant, qui tauros illi immolabant, aut qui in aureis poculis lac aut vinū offerebāt, cum vasa ex eo metallo superis ac celestibus Deis, non autem terrestribus, vel pastorum curam habentibus convenirent, quod significavit Apollonius Smyrnaeus his versibus:

ἀγροτέρων δὲ σέοίμι. τί μοι χρυσόισι δὲ πᾶσι

πρὶν δέ τε; πρὶ δ' ἰταλὲ χατὶ μέθυρρομῆς,

κρητὶ γούρῳ τινύρῳ πῖτρη προσδέτα τίοντα;

φῆσκαδ', ἢ τῶ τοι εὐμασι τερπόμεθα.

πάν ὁ πυρρῶντες, αὐτὸ δὲ ὕλος, ἀρνοθεῖντες

εἰμι, καὶ ἔγχεσιν γλαυκαπότης κύλικας.

Sunt Demi agrestiu, cur his sunt aurea sacra

Pocula? quo Vinum funditis Italicum?

Ad petram cur stat taurus cervice ligatus?

Parcite: non hac est Victimæ grata mihi.

Pan montanus ego sum, lignum, ipsaq; Vestis

Pellis æa est: missum ē fœdilibusque bibo.

Atque de Pane Deo quæ fabulosè dicta sunt ab antiquis, explicavimus: nunc quid Pana esse putaverint, perquiramus. Lucianus in concilio Deorum Bacchum semihominem mita ornatum ac ebrium semper ferè, effœminatum, mollem, propè infantem, vinum à matutino tempore ad siderum vsq; ortum redolentem, hunc deformium Deorum agrestium chorum introduxisse scribit: Pana, Silenum, Satyros, qui agrestes fuerunt homines, & caprarum custodes, saltationibus dediti, quorum corporum formæ ob deformitatem fuerunt insignes. Dictus fuit Pan, ut alij voluerunt, quia ex omnibus prociis natus sit. at Homerus in hymnis, quia Deorum omnium mentes delectauerit cum citharam nuper natus scitè pulsaret, ut est in his:

πάντα δ' ἐμιν καλίσσας, ὅτι φρένα πᾶσι τέρπει.

Panaque dixerunt, quia cunctos inuenerit idem.

At Orpheus Pana vniuersam naturam esse intellexit, quippe cuius elementa & cœlum sint membra, ut patet ex his versibus:

πάντα καλῶ κρατίζον γὰρ θεὸς, κόσμος το σὺμπαν,

ἔρανον, ἢ δ' ἐάλασαν, ἰδὲ χεῖρα παρὰ σιλαν,

καὶ πῦρ ἀλάττει. τὰ δὲ γὰρ μέλη ἐῖς τὰ πάσι.

Pana voco magnam, qui totum continet orbem,

Qui mare, qui cælum, qui terras frugiferentes,

A Eternumq; ignem: hac Panos sunt omnia membra.

Pingebatur Pan cornibus ad cælum usq; protēsis, ignea facie, barba promissa, qua pectus tegebatur: altera manu virgam, altera septem calamorum fistulam gestabat. erat indutus pelle varijs maculis distincta, cuius membra inferiora erant hispida & horrida atq; hirsuta. hinc effectum est vt alij naturam, alij Pana solem esse putarint, tanquam gubernatorem & moderatorem rerum omnium, quem idcirco Pana vocarūt. Pana natus dixerūt esse Mercurij filium, quia cum Mercurius sit vis diuina ac voluntas, vt diximus, quæ res ad ortum perducit, ac Pan naturalia simplicia corpora, vniuersa illa à diuina voluntate gubernantur: quam eandem vim cum aliquando Iouem dicerent, Mercurium Iouis filium finxerunt. Nihil verò est aliud Pan, quam natura ipsa à diuina providentia, menteq; proficiscens ac procreata. Plato tamen in Cratylo videtur Pana orationem putasse, quæ à Mercurio, siue ab animi cogitationibus rationationeq; proficisceretur: atq; cū superior pars esse Panos pulchra, & homini persimilis, inferior deformis, & persimilis brutis: putauit diuinum ac verum in Dijs esse, falsum in multis hominum. Quod verò ex omnium procorum cōgressu cū Penelope natus sit, id prorsus abhorret ab ipsa natura, quippe cum vasculum foeminae, quæ semen genitale excipit, statim claudatur, ita vt neq; accipiendo neq; emittēdo omnino pateat, cum ex vno viro acceperit, donec foetum auxerit & absoluerit. Neque potest vllum animal è diuersis matribus procreari. At quoniam Pan vniuersa corpora naturæ continet, vt nomen significat, dicitur ex vniuersis quæ existūt esse genitus, siue ex omnibus consistere. Qui Mercurij filium esse tradiderunt, Pana nuper natum in pelle leporis aiunt à Mercurio fuisse inuolutum, & in cælum portatum, vt testatur Hom. in hymnis:

ῥιμφοῦ δ' ἐς ἀπατάων ἱδρᾶς νῆς, παῖδ' ἀκαλύψας

ἱσμοῖς ἐν πυμφοῖσι δρῖσ' αἰεὶ λαγῶν.

Atentans leporis Vestitum pelle Deorum

Mercurium supernum in sedes pater attulit ipsum.

Illud sanè significat nihil aliud quam rerum naturam statim natam celerissimo motu agitari coeptam. Nam quis nesciat omnia

omnia quæ sunt velocissimo cœlorum motu circumdari. A-
iunt præterea hunc à Nymphis educatum fuisse Thaletis Mi-
lesij opinionem secuti, quia nō solū humor rerum omnium
autor creditus est, ut ait poeta qui Oceanum rerum omnium
patrē, matrem Tethyn appellavit, sed etiā putatus est omnia
conservare & nutrire: qui idem Pan cū omnia postea com-
plexus sit, dux & princeps Nympharum dictus fuit. At nunc
formam corporis, & cur talem illum finxerint, inquiremus.
Pani cornua ad Solis imitationem tradiderunt, cū eundem
Solem esse crederent. Alij pardalis pelle, at nō leporis indutum
fuisse maluerunt, quam formam alij ad stellarum similitudi-
nem datam putarunt; alij ad terræ formam, quæ multiplicia
animalium, & plantarum genera procreat, fluviorumque &
montium varietatem mirificam, mariaque complura, cum a-
liis & sterilis & arida sit, quibus rebus tanquam maculis mul-
tiplicibus distinguitur. Neque aliud sanè partes inferiores Pa-
nos hirsutæ significant, quàm sylvarum & arborum frequen-
tiam. Caprini pedes repentinos subterraneos motus, vel, ut alij
maluerunt, terræ stabilitatem, atque mutationes nubium, quæ
fiunt in æte, significant. Quamvis alij Solis naturam per Pa-
na significari crediderunt: quippe cū putarent pedes esse ca-
prinos, quia Solis virtus in terra habet pedes, siue fundamen-
tum, cū in cœlo sit caput. Hunc generationis & corruptio-
nis autotē ita significare videtur Orpheus in eo carmine quod
scripsit inter cæteras laudes Panos Dei:

ἄλλαντι δὲ φύσιν πᾶντων αὐτὸς αἰὲς ἁρμόζει.

Nam tua naturam rerum prudentia mutat.

Facies rubra ætheris naturam, fistula septem calamonum mo-
dò ventorū varietatem, modò harmoniam septem tonorum
cœlestium significat. Huic alij falcem, alij virgam tribuerunt:
qui falcem, nihil aliud esse putarunt, quàm industriam natu-
ræ in amputandis superuacaneis, quod & ad generandum &
ad conservandum singula necessarium est: qui virgam, pote-
statem naturæ in rebus omnibus indicarunt, cū illi quasi
sceptrum tribuerint. alij cornua Pani tanquam Soli tribuen-
tes barbam eius promissam Solis ipsius lumen esse dixerunt:
qui idcirco habebat fistulam, quia per calorem Solis omnes
ventorum flatus oriuntur. Caprinos idcirco habebat pedes,
ut dictum est, quod ea vis quæ in omnia corpora per Solem

porrigitur, diuinis corporibus adiuuantibus in terræ elemen-
tum peruenit ac definit. Neque illum alium quàm solem puta-
runt ij, qui montium præsidem Pana, & pastorum & venato-
rum Deum dixerunt: sol siquidem animalibus omnibus plu-
rimum cōfert, per quem & pabulorum vberitas sit, & penuria:
quare illum in prato amoenissimo inter suauissimos flores fi-
stula canentem inducit Hom. in his carminibus:

Ἀγρὸν ἦσσι δ' ἄρ' ἀλκυόνας φρίσσει μελ' παῖς
ἐν μαλακῇ λήμῳ, τόθ' ἰκρίκος ἦδ' ὠκυπόδας
ἐν ᾧ δὲ καλὴ κατὰ μίον γὰρ ἀγρὸς αἰὶν.
*Cantibus est tota latat mens mente sonoris
In molli prato: crocus illic atq; hyacinthus
Spirat odoratus inter quàm plurimus herbas.*

Dicunt illum fuisse cū Cupidine colluctatum, & ab eo victum,
quia, vt diximus, amor & litigium principium fuisse rerum
naturalium putata sunt. Amor enim procreandi materiam
excitat, & in omnes formas ad generationem effingit, quæ ita
dicitur ab opifice superata dum cum illo colluctatur. Fama est
præterea Echo fuisse à Pane amatam, quippe cū cælorum
harmoniam Echo esse putaret, quæ redundaret è ratione mo-
tuum. Atque ad septem planetarum imitationem septē chor-
darum instrumenta musica prius fuerūt inuenta, quàmuis Se-
uerinus Boethius in libro de Musica refellere conatur Pythago-
ricorum opinionem, qui cælos harmoniam efficere censue-
runt, cū nulla fiat sine æte. Pan igitur omnium mortalium
primus, vel Deorum potiùs, creditur septem calamos con-
cinnè inter se connexorum fistulam excogitasse, quare ita ait
Virg. Ægl. 1.

*Pan primus calamos cæcis coniungere plures
Instatuit.*

Hæc eadē causa fuit cur Syringa Nympham à Pane amatam
fuisse finxerint antiqui, quæ cum vim effugere non posset, in
calanum fuit conuersa. Nam cū ad ripas Ladonis fluminis
Pan aliquantulum constitisset, ventusque calamos leuiter agi-
tasset, quidam perforati harmoniam emittere, ac suauem so-
num depreheusi sunt. hos carpens Pan fistulam, cū illos in-
flasset, paulatim inuenit: qui calami cū nati essent in Ladone
flumine, & Syringæ suæ fistula, quæ sonū emittebat, vocata fuit
Ladonis filia scilicet, quæ nihil aliud erat, quàm calamus. Nam
syrinx

Syrinx vel fistulâ vel cantum fistulæ apud Græcos significat. Testatur Lucretius lib. 5. calamos à vento agitados sibilum prius emisisse, ac postea in locis paludosis id à pastoribus observatum dedisse facultatem inventioni, ut patet ex his:

*Et Zephyrus canas per calamorum sibilâ primum
Agrestes docuere canas inflare cecenas.
Inde minutatim dulces didicisse querelas,
Tibia quas fundis digitis pulsata canentum,
Ania per nemora, ac sylvas saltuque reperta
Per loca pastorum deserta, atq; otia dia.*

Illud cum Pan pastor primus reperisset, creditus est Deus ut reliqui rerum multarum inventores. Amavit etiam Lunam quia materia rerum omnium naturalium astrorum beneficio & Lunæ præcipuè informatur, & ad procreationem properat. Ea materia cum Pan vocetur, mateq; ipsum etiam intra se continet, iure Pan piscatorum etiam fuit Deus, quæ omnia breviter complexus est Orph. in hymnis hoc pacto:

*ἀρμονίας κέσματι κρίκῃ φιλοπαύμονι μόλῳ
φαῖτασι τῶν ἰπποράων, φέρων ἱκπαυλίστρον ἄν
αἰγῶν μοιτ χαιρών ἀπὸ πίδακας, ἡ δὲ τῆ βέτας
νύκτα, θυρετήρ, ἡχῆς φίλι, εὐγχερίτυμφῶν,
πνιττεφῆς, γυνίτωρ πάντων, πολυώνυμος δαίμων.
Harmoniam mundi faciens dulcedine cantus;
Terrarumque antor mortalium, & moderator;
Caprarum gaudens pastoribus atque bubulcis;
Musarum dux, & Venator, amator & Echus,
Canstorumque parens idem celeberrime dæmon.*

Atque totus fere hymnus consumitur in commemorandis ijs potestatibus & viribus, quæ tribuuntur elementis quippe cum illud fuerit antiquorum institutum ut sub fabularum figmentis universa naturæ consilia & seriem occultarent, unâ cum vitæ rectè instituendæ præceptis: cum tamen Deorum fabulæ magis ad res naturæ: hominum, ad mores magis pertinerent. ac de Pane satis, nunc dicatur de Satyris.

De Satyrâ.

CAP. VII.

SATYRORUM origo quæ fuerit, aut è quibus parentibus sint geniti, vel ubi, vel quâdo esse cœperint, vel qua de causa fuerint Dij habiti ab antiquis, neque in quemquam an-